

## CRISP. SALLUSTIUS.

**C**Rispus Sallustius, nobilis veritatis  
 Historicus, sic enim de illo apud Au-  
 ctiores verissimos scriptum video, quo fi-  
 delius res Africae complecteretur, libros  
 Punicos perquisivit, peregrinamque lin-  
 guam, per interpretem, flagranti studio  
 scrutatus est, quin & Maria transgressus  
 dicitur, ut oculis suis crederet de condi-  
 tionibus locorum. Bellum Iugurthinum  
 coniurationemque Catilinae compendioso,  
 & ad vngue, ut dici solet castigato com-  
 plexus est stilo, sed nullo famosior quam  
 Historiarum libro, qui aetati quoque nostrae,  
 ne certum eius fileam dedecus, amissus  
 est. Veterum quidem testimonio Illustris,  
 apud nos solo iam nomine superstes.

## T. LIVIUS.

**A**Tque ut moenia urbis egressi non  
 statim ex Italia fugiamus, quo stu-  
 dio putandus est arfisse. T. Livius Patavi-  
 nus, quo omnem Romanam Historiam  
 ab urbe condita ad Caesarem Augustum,  
 cuius ipse claruit temporibus, centum  
 quadragintaduobus voluminibus scri-  
 psit opus ipsa mole mirabile stupendum-  
 que, praesertim, quia in eo nihil raptim &  
 tumultuario, ut aiunt stilo, quod quidam

b. iij.